Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda Aurea - Cod. Aug. perg. 256

Jacobus <de Voragine>

[S.l.], [14. Jahrh.]

De sancto Egidio

urn:nbn:de:bsz:31-66161

Visual Library

Qui iussit ut ad sanctum Germanum pergeret.
Festinanter igitur ad sanctum Germa-
num venit et coram eo prostratus veniam
postulabat. Cui cuncta que sibi contige-
rant enarravit. Perrexerunt ambo ad cu-
bā sā cendia et remoto lapide vide-
runt plures serpentes qui x pedum lon-
gitudine extendebantur. Cumque omnes diffu-
gerent, beatus Germanus eis imperavit ut ad
talem locum pergerent ubi decetero nemi-
ni nocere possent. Sicque Mamertinus bap-
tizatus est et sanatus factusque est mona-
chus in monasterio sancti Germani ubi post sanctum
Alodium abbas fuit. Huius tempore in eius
monasterio sanctus Marinus extitit cuius
obedientiam sanctus Mamertinus probare vo-
lens vilius officium monasterii ei commi-
sit, pastorem scilicet eum faciens bubalorum.
Cumque in silva quadam boves et vaccas
libenter custodiret tanta sanctitate pol-
lebat quod etiam aves silvestres ad se ve-
nientes manu propria nutriebat. Ursum
et aprum quem ad cellam eius fugam agenti-
bus eripuit et abire fecit. Latrones
quidam cum eum expoliassent et vestem eius
secum ferentes abirent, solum ei palliolum
dimiserunt. Qui statim post eos clama-
vit dicens: Revertimini domini mei. Ecce dena-
rium colligatum in meo pallio invenio quo vobis
forsitan necessarium erit. Qui protinus rever-
tentes palliolum cum denario abstulerunt
et nudum penitus dimiserunt. Sed cum festi-
narent ad suas latebras, per totam noc-
tem errantes in ipso crepusculo ad eius cel-
lulam se reperiunt. Quos ille salutans in cella
sua benigne recepit, pedesque eorum la-
vans victualia prout potuit ministravit.
Qui stupefacti de eo quod fecerant doluer-
unt. Unusquisque eorum ad fidem conversus est.
Quadam vice cum quidam iuvenes mo-
nachi secum manentes ursum audirent
que ovibus insidiabatur, laqueos teten-
derunt illi in laqueos nocte irruens
captus tenebatur. Quod sanctus Mamer-
tinus presens delecto surrexit et eum
inveniens dixit illi: Quid facis, omi-
sere, fuge ne capiaris, eumque dissol-
vens dimisit. Cum autem mortuus fuis-
set et corpus eius Antisiodorum deportarent,
cum fuissent in quadam villa, nullo modo
illud in mole potuerunt quo adusque quidam
incarceratus solutis vinculis
sibi exiliens venit ad corpus et cum aliis usque
ad urbem portavit, ubi in ecclesia sancti Ger-
mani honorifice est sepultus. De no-
mine

Egidius dicitur ab e quod est sine
et geos quod est terra et dyan quod est
clarum sive divinum. Ipse namque fuit sine
terra per terreorum despectionem, clarus per
scientie illustrationem, divinus per amorem
qui assimilat amantem cum amato. De

Egidius Atheniensis. De sancto Egidio
ex regia stirpe progenitus et sa-
cris litteris ab infantia eruditus, dum
quadam die ad ecclesiam pergeret, egrotum
in platea iacentem et elemosinam petenti tu-
nicam suam tribuit, quam induitus sanita-
tem integram mox recepit. Post hec pa-
rentibus suis in domino quiescentibus patri-
monium suum Christum fecit heredem. Quadam
vice dum ab ecclesia rediret quidam vir a ser-
pente percussus eidem obvius extitit
et oratione fusa Egidius periculum vi-
rus fugavit. Quendam demoniacum
cum esset in ecclesia cum ceteris consistentem et fide-
les clamoribus suis turbantem, Egidius
demone fugato sanavit. Cum hu-
mani favoris formidans periculum clau-
sum litus maris peciit et nautas
quosdam iminenti periclitantes conspiciens

facta oratione tempestatem omnem sedavit. Applicantibus autem nautis, audito quod Romam tenderent, gratias eius meritis egerunt et quod eum secum gratis veherent promiserunt. Cum igitur Arelatem venisset et biennio cum sancto Cesario eiusdem civitatis episcopo mansisset, et ibidem quendam tertiana febricitantem curasset, heremum cupiens clam discessit et cum Veredemio heremita sanctitate conspicuo diu mansit, ubi sterilitatem terre meritis suis fugavit. Sed dum ubique meritis eius clarescerit humane laudis timens periculum, relicto eo interiorem heremum penetravit, ubi quandam cavernam et exiguum fonticulum reperiens quandam ut fertur cervam divinitus preparatam ibidem habuit nutricem, que certis horis lactis alimonia se prebebat. Sed cum ibidem regis pueri venarentur, predictam videntes cervam, ceteris feris contemptis hanc cum canibus insequuntur. A quibus dum vehementer urgeretur ad pedes sui confugit alumpni. Ille vero admirans cur preter solitum sic mugiret, exiens et venatores audiens dominum exoravit ut quam sibi tribuerat nutricem servaret. Canum autem nullus infra lapidis iactum sibi appropinquare ausus est, sed cum nimio ululatu ad venatores revertebantur. Nocte igitur veniente domum redeunt et sequenti die iterum revertentes cassato labore domum iterum redierunt. Quod dum rex audisset, venit eum suspicatus cum episcopo et multitudine venatorum illuc properavit. Sed cum canes ut prius accedere non presumerent, sed omnes ululando redirent, locum vepium densitate inaccessibilem igitur circumdederunt. Unus autem incaute sagittam dirigens ut

cervam expelleret, viro dei pro ea orante grave vulnus inflixit. Sed milites semitam ferro aperientes ad ipsius devenerunt speluncam. Et videntes senem habitu monachali vestitum, canicie autem et etate venerabilem, cervamque ad eius genua provolutam, solus episcopus et rex cum paucis adierunt, ceteris retro stare iussis. Et interrogantes eum quis esset vel unde venisset aut cur tam densam heremi vastitatem petiisset, sed quis eum vulnerare tam graviter presumpsisset. Quibus cum ad singula respondisset et illi ab eo humiliter veniam postulassent, medicos sanando vulneri spoponderunt et multa donaria obtulerunt. Sed ipse nec medicinam adhibere voluit et munera contempnens ad ipsa nec respexit. Quin potius sciens virtutem in infirmitate perfici, dominum exoravit ut quamdiu viveret sanitati pristine non redderetur. Sed cum rex eum frequenter visitaret et pabulum salutis ab eo reciperet, immensas divitias obtulit. Sed eas ille recipere penitus recusavit ad monitus ut inde monasterium construeret, ubi monastici ordinis disciplina vigeret. Quod cum rex fecisset, victus Egidius lacrimis et precibus regis postquam plurimum renuisset, ipsius monasterii curam suscepit. Huius famam Rex Karolus ut audivit, eum impetrato ad venientem reverenter eum suscepit. Cum inter cetera salutis colloquia rex eum rogavit ut pro ipso dignaretur orare. Et quia quoddam facinus commiserat quod nulli umquam nec ipsi confiteri audebat, sequenti dominica dum sanctus Egidius celebraret et pro rege oraret, angelus domini eidem apparuit, cedulam [illegible]

re posuit. in qua scriptum erat pro ordi
ne regis pacem & egidij pro abbacia
esse dimissum. Si tamen penitens &
conuersus ab illo de ceteris abstineret.
ad ultimum erat insertum quod quis
quis tamen egidium pro quocumque crimine in
uocaret. Si tamen ab illo desisteret. eius
missum non dubitaret. Oblata igitur regi
cedula. peccato rex agnito ueniam hu
militer postulauit. Egidius autem cum
honore rediens apud nemausensem
urbem filium principis qui tunc obierat
suscitauit. ¶ Post aliquantulum
uero tempus prenuntians monasterium
suum non longe ab hostibus destruendum
romam adiit & priuilegia ecclesie suo
duoque hostia cipressina in quibus sculp
te erant ymagines aplorum a sum
mo pontifice dimittensque ea in tyberim
diuino regimini commendauit. & ad
monasterium rediens eandem ianuam
apud ebuonem portum restituit. ¶
Cumque ad monasterium redisset. predi
cta hostia in portu inuenit & gratias agens
deo qui ea inter tot maris pericula illesa
seruauit. ea in liminibus ecclesie & monu
mentum pacti romane sedis. erexit.
Tandem dominus diem sui obitus in mi
te sibi per spiritum reuelauit. Quod ille
fratribus indicans & pro se orare suadens.
in domino feliciter obdormiuit. Ubi
choros angelorum eius animam in celum fe
rentium plurimi se audisse testa
ti sunt. claruit circa annos domini
dcc.

De natiuitate sancte marie

Natiuitas gloriose uirginis
marie ex tribu iuda
& regia stirpe dauid
duxit originem. Matheus
autem & lucas non genera

cionem marie sed ioseph describit.
Qui tamen a conceptione xpi penitus
alienus erat. Quia consuetudo scrip
ture dicitur fuisse ut non mulierum
sed uirorum generationis series texere
tur. Verissime tamen uirgo beata ex proge
nie dauid descendit. quod pro pape
patet ex hoc. Quoniam ut sepe scriptu
ra testatur xpc de semine dd ducit
originem. Cum igitur xpc de sola uirgine
natus sit manifestum est ipsam uir
ginem ex dd natam esse & ex h ex stirpe
na nathan. Dauid. n. inter ceteros habuit
duos filios. s. nathan. & Salomo
nem. Ex stirpe igitur nathan filii da
uid ut testatur. Io. Damascenus.
leui genuit melchi & pantham. panthan
genuit barpanther. barpanther ge
nuit ioachim. Ioachim uirginem ma
riam. Ex stirpe autem salomonis ma
than habuit uxorem ex qua genuit iacob
defuncto autem mathan. melchi ex
tribu nathan qui filius quidem leui fuit
frater autem panthe. nupsit uxori ma
than matri autem iacob & genuit
ex ea hely. fuerunt igitur autem fratres uterini
iacob & hely. iacob quidem ex tribu
salomonis. hely autem ex tribu na
than secundum libros. Defunctus est autem
hely ex tribu nathan sine liberis
& accepit iacob frater eius qui ex tribu salo
monis uxorem eius & suscitauit semen
fratris eius. & genuit ioseph. Ioseph igitur
natura est filius iacob. ex descensio
ne salomonis. secundum autem legem hely qui
ex nathan. Filius enim qui nascebatur
secundum naturam quidem erat generantis
secundum autem legem defuncti. H. Damasce
nus. Sic autem in ecclesiastica hystoria dicitur
& beda in sua cronica testatur. Cum